

VII.

Quæritur, An aqua vitæ nostra, quæ dicitur aqua roris ma-
li, debet esse Mineralis vel extrahi de plumbo vel stanno.
Sicut dicunt Philosophi, quòd aqua ex plumbo facta non in-
est magisterium nostrum, sed aqua mineræ tantum. Quia
plumbum est immundum, & aqua nostra mineralis est mun-
da, Plumbum enim vitrificat, Aqua autem nostra à vitrifi-
catione conservat. Ergo debet esse Mineralis.

VIII.

Quæritur, Quomodo cognoscitur aqua mineralis ut di-
nguatur ab aqua plumbi. R. Si times de sophisticatione
ipsam transire per alembicum, & si in fundo cucurbitæ
non remanent fæces, bona est aqua mineralis & naturalis:
si verò remanent fæces, & revertantur in corpus Metallicum,
secundum species eorum sophisticatum est arg. viv.

IX.

Quæritur nonò, Si debet purgari aqua mineralis, aut quo-
modo aqua amalgametur cum corpore. R. Primò aqua de-
bet mortificari cum sale communi quousque convertatur in
speciem cineris cœlestinam. Deinde debet desiccari in urina
ad sublimandum, & ascendet aqua pura munda, & viva, &
postmodum cum aceto ad lentum ignem munda debet ex-
siccari paulatim ad unam horam. Deinde debet iterum ex-
siccari ut prius. Et post hoc debet mitti per corium, & sic po-
test securè in nostro magisterio poni.

X.

Quæritur, Si corpora perfecta, quæ dicuntur luminaria de-
bent præparari antequam ingrediantur Magisterium no-
strum. R. Quòd aurum debet purgari per cementum & ar-
gentum per cinericium. Deinde debent foliari, sicut folian-
tia per projectoria arte vel subtiliter limari. Quia quantò magis
subtiliata, tantò citiùs convertuntur in ar. vivum. Sub-
tiliata verò per optimè possunt ingredi Magisterium no-
strum, id est, sortiri subtiliationem nostram.

XI.

Undecimò quæritur, Si corpus imperfectum debet præ-
parari, & quomodo est cum eo agendum. R. Debet fundi
similiter & purgari. Et si fuerit cuprum debet purgari & affi-
nari sicut purgatur & affinitur pro caldariis, postmodum li-
mari subtilissimè, & postmodum amalgamari subtiliter. De-
inde potest poni in operationem nostram.

XII.

Quæritur, Quot partes debent poni de aqua in prima con-